



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum omnia peccata sint paria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

ARTICVLVS IX.
Vtrum omnia peccata sint paria.

NONO quaeritur, vtrum omnia peccata sint paria. & videt q sic. Dicitur. n. lac. 2. Quicumq; totam legem seruauerit, offendat aut in vno, factus est omnium reus & ideo Hierony. dicit super Eccl. ex ponens illud, Qui in vno offenderit, multa bona perdit: & qui subiacet vnivntio, omnib. subiacet. sed extra oē nihil ē. ergo nullus pōt magis peccare q ille, q peccato vni se subdit. & sic oīa peccata sūt paria.

In fin. com. e. g. to. 7.

¶ 2 Præt. Peccatū est mors animæ: sed in corpore vna mors non est maior quam alia, quia oīs mortuus æqualiter mortuus est. ergo nec vnum peccatum est maius altero.

¶ 3 Præt. Poena rīdet culpæ: sed oīum peccatorum erit vna poena in inferno, s̄m illud līa. 24. Congregabunt congregatione vnus facis, & claudent in carcere. ergo & omnium peccatorū est eadē grauitas.

¶ 4 Præt. Peccare nihil est aliud, q transgredi rectitudinem rationis, vel legis diuinæ: sed si interdicitur alicui ab aliquo iudice ne certum lītem transgrediat, non refert quantum ad transgressionem, vtrū in multum vel parum, lītem positum transcat. ergo nihil differt quantum ad transgressionem peccati quicquid homo faciat, dum modo rectitudinē rationis, & legis diuinæ non seruet.

¶ 5 Præt. Infinitū nō est maius infinito: sed quodlibet peccatū mortale est infinitū, quia est cōtra bonū infinitū, qd est Deus, vnde & penā infinitā meretur. ergo vnū peccatū mortale non est maius alio.

¶ 6 Præt. Malum dī per priuationē boni: sed omne peccatū mortale priuat æqualiter gratiā, nihil de ea dimittens. ergo oīa peccata mortalia sunt æqualia.

Lib. 2. cō. 4. tom. 3.

¶ 7 Præt. Secundum Philof. in 2. Meta. si aliquid dī magis & minus, hoc est per comparationem ad id quod est simpliciter: sicut aliquid dicitur magis & minus album, per cōparationem ad id quod est simpliciter albū: sed nihil est simpliciter malum qd careat omni bono. ergo nō est aliquid altero magis, vel minus malum. & sic omnia peccata sunt paria.

¶ 8 Præt. Peccata virtutibus opponuntur: sed virtutes oēs sunt æquales. vnde dicitur Apoc. 21. q late ra sunt æqualia. ergo & omnia peccata sunt paria.

¶ 9 Præt. Si vnū peccatum est grauius altero, sequeret q peccatum quod in maiori re cōmittit, esset grauius, q peccatū quod committitur in minori, sicut si dicatur q furari multum, est grauius peccatū q furari parum: sed hoc non est verum, quia sequeretur q ille qui minorem iniquitatem committit, committeret ēt maiorem. Dicitur enim Luca 16. Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Non ergo vnum peccatum est grauius altero.

¶ 10 Præt. Peccatum consistit in auersione ab incōmutabili bono, & cōuersione ad commutabile bonū: sed hmoi cōuersio, & auersio nō recipit magis & minus: quia aīa cum sit simplex, ad quod conuertitur, tota cōuertitur, & a quo auertitur tota auertitur. ergo vnum peccatum non est grauius altero.

¶ 11 Præt. Aug. dicit in lib. de Trin. quod magnitudinem humani peccati ostendit magnitudo remedij: quia oportuit illud morte Christi deleri. ergo si idem remedium est contra omnia peccata, omnia peccata sunt æqualiter magna.

Cap. 4. p. 4. a medio illius.

¶ 12 Præt. Sicut dicit Diony. 4. c. de diu. no. Bonū est ex vna & tota causa: malum autē ex singularibus defectib. quilibet autem defectus tollit integritatē. ergo quilibet defectus tollit totam boni rationem.

F Non ergo vnum peccatum est grauius altero. ¶ 13 Præt. Virtus est simplex, cū sit forma qdā ergo si tollit, tota tollit. sed ex hoc est pctū malum quod tollit virtutem. ergo omnia peccata sunt æqualia mala, quia vnumquodq; æqualiter tollit virtutem.

¶ 14 Præt. Ab eodem aliquid habet quod dicitur & q sit magis tale: si ergo album est disgregatum visus, magis albū est magis disgregatum. sed album habet rationem peccati ex auersione a Deo. Cuius ergo oīa peccata conueniant in auersione a Deo, omnia peccata erunt æqualia.

¶ 15 Præt. Quanto maior est qui offenditur, tanto peccatum est grauius, sicut grauius peccat qui percutit regem, quā qui percutit militem: sed in eo ni peccato vnus & idem est qui conueniunt, sicut cer Deus. ergo omnia peccata sunt æqualia.

¶ 16 Præt. Genus æqualiter participatur a subiectibus: sed peccatum est genus omnium peccatorum. ergo omnia peccata sunt æqualia, & æqualiter peccat quicumque peccat.

¶ 17 Præt. Malum dī per priuationē boni: quantum autē priuationis cognosci pōt ex eo, quod per priuationem relinquitur. Idem autē est quod relinquitur in bono post quodlibet peccatum: relinquitur enim ipsa natura animæ & libertas arbitrij, per quā homo potest eligere bonum & malum. ergo ni peccatum non est magis malum quā aliud.

¶ 18 Præt. Circūstātia se habent ad virtutem. H substantiales differētia: sed si vna substantialis differētia tollatur, oēs tolluntur, quia corrumpitur substantum. Cum ergo quodlibet peccatum aliquam circumstantiam virtutis tollat, quodlibet peccatum tollit oēs: ita vnum peccatum nō erit grauius alio.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 19. Propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet.

¶ 2 Præt. Secundum Aug. Libido est causa peccati, sed non omnis libido est æqualis. ergo nec omnia peccata sunt paria.

RESPON. Dicēdū, q opinio Stoicorum facta peccata esse paria. Ex quo deriuata est quorundam modernorū hæreticorum opinio dicentium, quod inæqualitatē esse nec inter pctā, nec inter merita.

I Similiter nec inter præmia, nec inter supplicia. Perunt autē Stoici moti ad hoc ponēdū, quia cōfitebant q aliquid ex hoc habet rōnem pcti solummodo, quia est præter rectitudinē rōnis. sicut patet adulterium est peccatum, non quia cōmiserit mulieri sit s̄m se malum: sed quia præter rectitudinē rōnis sit, & idem patet in alijs. Idem autem est peccatum præter legem diuinam quantum ad proprium pertinet: vtrumque. n. priuationem quantum ad portat: priuatio autē non vī suscipere magis & minus. Vnde si aliquid sit malū p priuationē aliquid nō vī differre qualitercumq; se habeat, dum priuatur: sicut si iudex alicui certum lītem statu

K si illum præterierit, non refert vtrū multum an parum. & similiter dicebāt, q non refert dummodo aliq peccando rectitudinem rōnis prætereat, quod tercumq; vel ex quacumque causa hoc faciat, peccare nihil esset aliud, q quāsdā postas hinc ad s̄re. Tota ergo rō huius rōnis soluēda: hinc ad da est, vt consideremus qualiter in his quæ per priuationem dicuntur, possit vel non possit magis & minus inueniri. Est ergo cōsiderandū q est de priuatio, quādam quæ est priuatio pura. sicut vbra, quæ nihil lucis relinquit, & mors, quæ nō relinquit aliquid vitæ. Quædā vero priuatio est non

ra: sed aliquid relinquens, unde non solum est priuatio, sed etiam contrarium: sicut aegritudo, que non tollit totam commensurationem sanitatis: sed aliquid eius, & simile est de turpi, & dissimili, & inaequali, & falso, & omnibus similibus. & videntur huiusmodi priuationes a premissis differre in hoc, quod primae priuationes sunt quasi in corrupto esse. Secunda vero significant quasi in via corruptionis. Quia ergo in primis priuationibus totum priuatur, & id quod positum est, non est de ratione priuationis, non differt in talibus priuationibus quacumque; ex causa, vel quocumque modo aliquis priuetur, ut propter hoc dicatur magis vel minus priuatus. Non enim mortuus est minus, qui vno vulnere percussus interiit, quam qui duobus vel tribus. Nec minus est tenebrosa domus si candela veletur vno velamine, quam si duobus vel tribus. In secundis autem priuationibus non totum priuatur, & quod positum est de ratione eius, quod dicitur priuatiue: & ideo talia recipiunt magis & minus secundum differentiam eius, quod dicitur positum. Est ergo consideranda in peccatis quedam differentia: nam peccata omissionis per se loquendo consistunt in sola priuatione precepti quod omittitur, ut supra ostensum est: unde in peccato omissionis conditio actus adiuncti, quia per accidens se habet, nullo modo facit peccatum omissionis per se loquendo magis vel minus. Sicut si alicui preceptum, ut uadat ad ecclesiam: non attenditur in peccato omissionis, utrum sit prope ecclesiam, vel longe, dummodo ad ecclesiam non uadat: nisi forte per accidens, in quantum differentia illius adiuncti pertinet ad maiorem, uel maiorem contemptum. Nec tamen propter hoc omnia peccata omissionis sunt paria, quia precepta disparia sunt, vel per diuersam auctoritatem preceptientis, uel per diuersam dignitatem, uel necessitatem preceptorum. Peccatum uero transgressionis consistit in deformitate alicuius actus, quae quidem deformitas non tollit totum ordinem rationis: sed aliquid eius, puta, si aliquis comedat quod non debet, & remaneat quod comedit ubi debet, uel per quod debet, nec potest actu remanente totaliter rationis proportio tolli. Unde dicit Philosophus in 4. Ethic. quod si malum sit integrum, importabile sit, & seipsum destruit. Sicut ergo non omnis deformitas corporis est aequalis, sed quedam est alia maior, secundum quod priuatur plura ad decorem pertinentia, uel aliquid principalius: ita non omnis deformitas uel inordinatio actus est aequalis: sed quedam est alia maior. Unde nec omnia peccata sunt paria.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod uerbum Iacobi non est sic intelligendum, quod ille qui in vno precepto legis offendit, tamen reatum incurrat, quantum si omnia transgrediretur: sed quia quodammodo reatum incurrit pro contemptu omnium preceptorum, non in omnibus, sed in vno. Qui enim vnum preceptum contemnit, intantum omnia precepta contemnit, in quantum contemnit Deum ex quo omnia precepta auctoritatem habent: unde statim subdit, Qui non occidit, dixit, Non moechaberis, & similiter intelligendum est uerbum Hieronymi.

AD SECUNDUM dicendum, quod mors animae est priuatio gratiae, per quam anima Deo uniebatur: priuatio autem gratiae non est essentialiter ipsa culpa, sed effectus culpe & pena: ut supra dictum est in quaestione de Malo. Unde peccatum dicitur mors animae non essentialiter, sed effectiue. essen-

cialiter uero peccatum est ad deformis vel inordinatus.

AD TERTIUM dicendum, quod in supplicio damnatorum est aliquid commune omnibus, quod responderet contentum prout Dei, puta, carentia uisionis diuinae & perpetuitas pena: & quantum ad hoc dicimus congregari congregatione unius fascis. & est aliquid in quo differunt, secundum quod quidam magis torquentur quam alij, & quantum ad hoc Matth. 23. dicuntur colligari, sicut zizaniorum fasciculi ad comburendum.

AD QUARTUM dicendum, quod ille qui transit lineam preteritam sibi per limite a iudice non peccat nisi quia non tenet se infra terminum sibi preteritum: & sic directe peccatum eius est peccatum omissionis. Si autem preceptum ei directe quod non ambularet, manifestum est quod quanto plus ambulando procederet, tanto grauius puniretur. Vel aliter dicendum, quod in his quae non sunt mala, nisi quia prohibita, qui preceptum non seruat totaliter priuatur id ad quod tenetur: sed in his quae sunt mala per se & non solum quia prohibita, non totaliter tollitur bonum cui opponitur malum. & ideo tanto grauius peccatur, quanto plus de eo tollitur.

AD QUINTUM dicendum, quod a bono infinito aliquis auerit actu finito: & ideo peccatum essentialiter finitum est, licet habeat aliquam habitudinem ad bonum infinitum.

AD SEXTUM dicendum, quod peccatum essentialiter non est priuatio gratiae: sed causaliter, ut dictum est.

AD SEPTIMUM dicendum, quod priuatiuis non dicitur aliquid magis vel minus, per accessum ad terminum: sed magis per excessum. Unde & ibidem Phil. probatur per hoc quod est aliquid magis vel minus saluum, quod sit aliquid simpliciter uerum. Ad hoc ergo quod aliquid sit magis vel minus malum, non requiritur quod sit aliquid simpliciter malum: sed quod sit aliquid simpliciter bonum.

AD OCTAuum dicendum, quod virtutes omnes sunt aequales, non quantitate, cum Apostolus dicat quod maior est charitas: sed proportione, in quantum unaquaque aequaliter se habet ad suum actum: sicut si quis diceret omnes digitos manus esse aequales proportione, non quantitate. Peccata autem nec proportione sunt paria, quia non dependent ex vna causa, sicut virtutes quae dependent omnes ex prudentia vel charitate: peccatorum autem diuersae sunt radices.

AD NONUM dicendum, quod peccatum quod committitur in re maiori est maius, unde furtum maioris rei, est grauius peccatum: quia magis opponitur aequalitati iustitiae. Verbum autem Domini non sic est intelligendum, quod quod facit minorem iniquitatem, maiorem faceret. Multi enim dicunt uerbum otiosum, qui non dicerent blasphemiam: sed est intelligendum quod facilius est in minoribus seruare iustitiam quam in maioribus. Unde qui in minoribus non seruat, nec in maioribus seruaret.

AD X. dicendum, quod quamuis anima sit simplex in esse, est tamen multiplex in uirtute, non solum finem quod habet multas potentias: sed quia secundum unam & eandem potentiam ad multa se habet & multipliciter in illa ferri potest. Unde non est necessarium, quod omnis eius auersio vel conuersio sit aequalis.

AD XI. dicendum, quod omnibus peccatis mortalibus oportuit subueniri per mortem Christi, propter grauitatem quam habent ex contemptu boni inueniri: sed tamen nihil prohibet quin per vnum peccatum magis contemnatur Deus, quam per aliud.

AD XII. dicendum, quod in quolibet peccato tollitur integritas boni, sed non totum bonum: quoniam in vno plus, in alio minus, ut dictum est.

AD XIII. dicendum, quod peccatum directe opponitur actui uirtutis, ad quod multa circumstantiae requiruntur. Quasi. dist. S. Tho. P. 2 & pra-

In solutio- ne ad 2. arg.

In corp. art.

& p̄terea diuerſa ſunt virtutes, & vna earū eſt alia maior. Vnde non oportet oīa peccata eſſe equalia.

Ad XIII. dicendum, quod ratio illa procederet ſi peccatum eſſet priuatio tantum: ſed quia habet in ſui ratione poſitionem aliquam, recepit magis & minus, vt dictum eſt.

In corp. ar.

Ad XV. dicendum, quod quantitas contemptus, non ſolum meſſuratur ex parte eius qui offenditur: ſed etiam ex parte actus quo quis cōtemnitur, qui poteſt eſſe intenſior vel remiſſior.

Ad XVI. dicendum, quod oīa animalia ſunt æqualiter animalia, non tñ ſunt æqualia animalia: ſed vnum animal ex altero maius & perfectius, & ſimiliter nō oportet quod oīa peccata propter hoc ſint paria.

Ad XVII. dicendum, quod poſt peccatum remanet & natura animæ, & libertas volūtatis: minuitur tamē habitus ad bonum, & per vnum peccatum plus, & per aliud minus.

Ad XVIII. dicendum, quod circumſtantiæ non ſe habent nec in virtute nec in peccato, ſicut differentiæ ſubſtantiales, alioquin omnis circumſtantiā cōſtitueretur in genere vel ſpecie virtutis aut peccati: ſed magis ſe habent per modum accidentium, vt ſu pra dictum eſt. & p̄terea hoc nō eſt verum, quod ſublata vna differentia eſſentiali omnes tollantur. Sublato enim rationali remanet viuum, vt dicitur in li. de Cauſis: non quidem idem numero propter deſtructionem ſubiecti: ſed idem ratione.

Art. 6. & 7.

In propoſi. 3. tom. 3. inter opera Arito.

ARTICVLVS V.

Vtrum peccatum ſit grauius ex eo, quod maiori bono opponitur.

Enchir. c. 12. tom. 3.

DECIMO quaeritur vtrū peccatum ſit grauius ex eo, quod maiori bono opponitur, & videtur quod non: quia ſecundum Aug. ex hoc aliquid dicitur malum, quod adimit bonum, quod ergo plus adimit de bono eſt magis malum: ſed primum peccatum etiam ſi minori virtuti opponatur plus adimit de bono quā ſecundum, quia priuat hominem gratia & vita æterna. nō ergo peccatum eſt ex hoc grauius, quod maiori virtuti opponitur.

¶ 2. Præ. Charitas ſc̄m Apoſt. 1. Cor. 13. eſt maior fide & ſpe: odium autem quod opponitur charitati, non eſt grauius peccatum quā inſidelitas & deſperatio, quæ opponuntur fidei & ſpei. non ergo peccatum eſt grauius, quod maiori bono opponitur.

¶ 3. Præ. Quod aliquis ſciens vel ignorans peccet, accidentaliter ſe habet ad bonum, cui opponitur peccatum. ſi ergo, ex hoc vñ peccatum eſſet alio grauius quod maiori bono opponitur, ſequeretur quod non grauius peccaret qui ſciēs peccat, quā qui peccat ignorans, quod patet eſſe falſum.

¶ 4. Præ. Quantitas p̄næ r̄ndet quantitati culpæ: ſed quædā peccata quæ ſunt in proximum, grauius leguntur punita q̄ peccata in Deum cōmiſſa: ſicut peccatum blaſphemia, quod eſt peccatum in Deū, punitū eſt ſimplici lapidatione, vt habetur Leu. 24. peccatum autē ſchiſmatis punitum eſt p̄ inconfuetā mortē multorū, vt habetur Num. 26. ergo grauius eſt peccatum quod committitur in proximum q̄ quod committitur in Deū: cum tamen maiori bono opponatur peccatum quod in Deum cōmittitur.

Lib. 8. c. 10. circa princ. tom. 5. 1. 2. q. 7. ar. 3. 4. & q. 7. art. 6. 7. 8.

SED CONTRA eſt, quod Phil. dicit 8. Eth. quod ſicut bono opponitur malū: ita optimo opponit peſſimū.

RESPON. Dicendum, quod grauitas peccati p̄t pen ſari ex duobus, vno modo, ex parte iplius actus: alio modo, ex parte agentis. Ex parte autē actus eſt duo conſiderare ſcilicet ſpeciem actus, & accidens eius,

E quod ſupra circumſtantiā diximus. Actus autē ſpecie habet ex obiecto, ſicut iam ſupra dictū eſt. Grauius ergo peccati quā habet ex ſpecie ſua, tantum ex parte obiecti ſive materia: & ſecundū hanc conſiderationem grauius peccatum dicitur ex hoc genere quod maiori bono virtutis opponitur: & de cum bonum virtutis conſiſtat in ordinatione motus, vt Auguſt. dicit, Deum autem ſuper omnia diligere debeamus, peccata quæ ſunt in Deum, ſicut idolatria, blaſphemia, & huiusmodi, ſecundū ſuum genus ſunt reputanda grauiſſima. Inter peccata autem quæ ſunt in proximum, tanto aliquæ ſunt alijs grauiora, quanto maiori bono proximo opponuntur. Maximum autem bonum proximum eſt vita hominis, cui opponitur peccatum homicidii, quod tollit actualement hominis vitam, & peccatum luxuria, quod opponitur vitæ hominis in potestate quia eſt inordinatio quadam circa actum generationis humane. Vnde inter omnia peccata quæ ſunt in proximum, grauius eſt homicidium ſe cūm p̄nus ſuum, & ſecundum locum tenet adulterium, fornicatio, & huiusmodi peccata carnalia: tertium autem locum tenet furctum & rapina & huiusmodi per quæ in exterioribus bonis læditur proximo: ſingulis autem horū generum ſunt diuerſi gradus in quibus meſſuram peccati ſecundum genus oportet accipere, ſecundum quod bonum oppoſitum, magis, vel minus per charitatem debet amari.

G

H ri. Ex parte autem circumſtantiæ eſt etiam grauitas in peccato, non ex ſpecie ſua: ſed accidentaliter. Similiter etiam ex parte agentis, attenditur grauitas peccato ſecundum quod magis, vel minus voluntarius peccat. voluntas enim eſt cauſa peccati in pra dictum: ſed hæc grauitas non competit peccato ſecundum ſuam ſpeciem, & ideo ſi grauitas peccati attendat, ſecundū ſpecie eius, tanto inuenitur peccatum grauius, quanto maiori bono opponitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in peccato inuenitur duplex boni ademptio, vna formalis per quam tollitur ordo virtutis, & quantum ad hanc refert, vtrum primo vel ſecundo peccet: quia ſecundum peccatum poteſt plus priuare de ordine virtutis in actu quā primum. alia vero eſt ademptio in qua eſt effectus peccati. ſ. priuatio gratiæ & p̄riæ: & quantum ad hanc, primum peccatum plus lædit quā ſecundum: ſed hoc eſt per accidens, quod ſecundum non inuenitur, quod primum inuenitur, ea autem, quæ ſunt per accidens, non eſt iudicandum de rebus ſumendum.

AD SECVNDVM dicendum, quod fides & ſpes ſunt præambula ad charitatem: vnde inſidelitas quæ opponitur fidei, & deſperatio quæ opponitur ſpes maxime opponuntur charitati: quia radicatas eas euellunt.

AD TERTIVM dicendum, quod aliquem peccatum tē, vel ignorantem, licet accidat alicui peccato ſpeciali, puta, furto quantum ad ſpeciem eius: tamen quantum ad rōnem generis, id eſt, in quantum ad peccatum non accidit, quia de ratione peccati eſt voluntarium. vnde ignorantia, quæ diminuit voluntarium, diminuit etiam rationem peccati.

AD QVARTVM dicendum, quod p̄næ quæ in ſententia a Deo in futura vita, reſpōdēt grauitati culpæ. Apoſt. Rom. 2. dicit, quod iudicium Dei eſt iustum dum veritatem in eos, qui talia agunt: ſed p̄næ in præſenti vita inſliguntur ſive a Deo, ſive ab homine, non ſemper reſpōdēt grauitati culpæ.